

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Practicae Novae Imperialis Saxonicae Rerum Criminalium Pars ...

Quaestionum fere universarum in materia cuiusque generis homicidiorum,
fractae pacis publicae, laesae Majestatis ... falsificationis monetarum,
blasphemiarum, periurii & sortilegiorum ... decisiones absolutas ...
exhibens

Carpzov, Benedict

Witteberga, 1670

Qvaestio IV.

[urn:nbn:de:bsz:31-127726](#)

61 Limitatur secundum huc opinio, si constet, coniicientem lapidem habuisse animum occidendi, tunc absque dubio pœna gladii ordinaria occisoris imponenda est. *Felin* in c. significasti n. 11. extr. de homicid. *Boss.* de homicid. n. 39. *Menoch.* de presumpt. lib. 5 presumt. 40. n. 14. *Plach.* in epit. delict. lib. 1. cap. 10. n. 6. in fin. *Blanc.* in pract. crim. §. sis sic præmissis. n. 62. in f. *Carrer.* in pract. in 3. tract. homicid. & assas. §. homicidij autem species. num. 54.

62 Colligitur autem hoc casu animus occidendi ex variis circumstantiis; Ut si quis proiiciat lapidem admodum gravem & ponderosum. *Boss.* de homicid. n. 39. Vel si quis ad eum, in quem vult lapidem coniicere, propius accedat; quo sanè casu ictus est periculosior: Aut si proieccio fiat

reiteratis vicibus in loco periculo capitis, oculorum, &c. quæ omnia iudicis arbitrio committenda sunt.

Merito itaq; pœna gladij à Scabinis adjudicata 63
fuit A.H. qui M.F. reiteratis vicibus coniiciente lapidem gravem in faciem & caput ejus, occiderat, *Versus Freybergi* / Ad requisitionem iudicis oppidani. *Mense Aug. Anno 1593.*
Eadēm pœna afficiendum esse A. M. in casu simili 64
pronunciatum fuit Praefecto in Hildburghausen.
Mens Decembr. Anno 1601.

Quam pœnam quoq; decernere nō dubitavimus ei. 65
qui ades alicujus ingressus, lapidem ponderosum, cum quo proprius accesserat, ipsi in caput conjectrat, cumq; hoc modo necaverat. *Ad requisitionem Quastoris Scandicensis.* *Mens Jun. Anno 628.*

Q VÆSTIO IV.

Quæ sit Pœna mandantis homicidium, ut & ipsius Mandatarii.

S V M M A R I A.

1. Nil refert an quis propriis manibus, an verò alterius ope aliquem occidat. n. 11.
2. Quomodo mandatum homicidii differt ab Assassino.
3. Quomodo itidem differat à Consilio.
4. Mandans & mandatarius sunt correlata.
5. Delictum mandantis & mandatarij unum & idem est.
6. Mandatarius pœnam homicidij incurrit.
7. Mandatum Domini, servum in delictis non excusat.
8. Negat mandatum Patris, aut jussus judicis.
9. Mandans homicidium tenetur pœna ordinaria. n. 14.
10. Nil interest, an quis ipse occidat, an verò causam mortis prebeat.

1. Parum refert, an quis propriis manibus aliquem occidat, an verò per intermedium personam, ejusque auxilio & ope hoc efficiat, quum uterque occidat. Reusque fiat homicidii. Eaque Tertia est Ampliatio Regula traditæ supra q. 2. n. 1, scilicet, ut haec in mandante quoque & jubente aliquem necari locum sibi vendicet.

2. Mandare autem propriæ dicitur, quia aliquid sine mercede homicidium exequendum committit; quando enim pecunia intervenit non est propriæ mandatum, sed assassinum. *Tib.* *Decian.* in pract. crim. lib. 9. c. 31. n. 1. Idque fieri debet in gratiam mandantis. In quo differt à consilio, quod totum tendit in utilitatem consultantis, non consulentis, cum contra mandatum tendat totum in utilitatem mandantis. l. 1. ff. *mandat.* *Bar.* in l. non solum. §. si mandato, in l. q. vers. veniam ad persuasionem, ff. *de injur.* & plus est mandare quam consulere.

4. Cumq; mandans & mandatarius procul dubio sint correlata, sicut Dominus & servus, pater & filius, uxor & maritus, auctor & Reus, &c. ideo secundum naturam correlativorum, posito uno

12. Mandans plus delinquit, quam mandatarius in homicidi delitto.
13. Quatenus obligatio oritur ex mandato rei turpis.
15. Sententia Scabinorum Lipsiensium. n. 16.
17. Mandans non tenetur, si mandatarius fines mandati excesserit. n. 18.
19. An mandans vulnerare solum, teneatur de homicidio mandatarij. n. 20. 21. 24. 25.
21. Animus occidendi non semper requiritur ad irrogatio em pœna homicidij. n. 23.
26. Responsum Scabinorum Lipsiensium.
27. Virum mandans puniendus ob homicidium, quod mandatarius etiam absq; mandato perpetratus fuisset. n. 28. 29.
30. Vnde propositum mandatarij conjecturandum. n. 31.
22. Sententia Scabinorum Lipsiensium.

ex iis, necessariò ponitur & alterum, l. fin. ff. de acceptilat. *Bald.* in l. nemo martyres, & in Auth. quas actiones. C. de SS. Eccles. & in l. conventicula. C. de Epist. & Cler. *Tib.* *Decian.* in tr. crim. lib. 9. cap. 33. n. 1.

* Obque id homicidio secuto, delictum mandantis & mandatarii ferè unum & idem est, *Bar.* in l. sed si unius. §. servus meus. n. 5. *de injur.* *Cyn.* in l. non ideo minus. C. de accusat. *Decian.* dict. lib. 9. cap. 32. n. 5.

* Vterq; igitur pœna homicidii tenetur. Quod & quidem in persona *Mandatarij* vix dubium habet, ut qui ob mandatum non excusat. *Bartol.* in l. non solum. §. si mandato ff. *de injur.* *Decian.* dict. lib. 9. cap. 37. n. 1. Turpis namque vel in justæ rei mandatum adeò non est obligatorium, ut ne juramento quidem confirmetur. l. 9. §. 3. & 7. l. 12. §. 11. l. 23. §. 6. ff. *mandat.* c. non est obligatorium. de Reg. jur. in 6. *Iul.* *Clar.* in pract. §. f. quest. 89. num. 1.

Neque mandatum Domini regulariter servum in delictis excusat. l. servus non in omnibus ff. de obligat. & aliien. l. 1. §. quoties. ff. quod vi aut clam.

*clans. l. denig. §. fin. ff. de injur. l. non solum. §. si man-
date. ff. eod. l. non ideo minus. C. de accusat. Decian.
en tract. crim. dict. lib. 9. cap. 37. n. 8.*

Ac licet Judex vel pater iniustus quid iussit, mandatarius tamen non excusat. Bartol. in l. probibitum C. de jar. fisci. lib. 10. & in l. just. ff. de acq. posse. Dd. in c. signifi. amus. de constit. & in c. constitutus de rescript. ubi Felic. Decian. cons. 535. n. 3. & seq. Angel. Aret. de malef. in verb. Et Sempronium mandatorem. n. 10.

Hinc pronunciarunt Domini in Scabinatu Elector. B. S. gladio puniendum esse, propterea quod M. M. vulnus lethale infixerat eumq. occiderat, non obstante Soceris a mandato, cui hæc in re obtemperaverat. Nach Zeis. an Landrichter. M. Ianuar. Anno 1586.

Et ita quotidie pronunciare solemus.

Quoad personam vero Mandantis certò sta-
9. Q. 1. An tuendum est, quod dis non minus ac mandatarius mandans ultimo supplicio affici debet. Egid. Bossius sub ordinariis tit. de mandat. ad homicid. n. 7. & per votum. Iul. homicidij pena tene. Clar. lib. 5. sent. §. fin. quest. 9 in pr. Menoch. de ar-
bitr. jud. quest. lib. 2. casu 353. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 39. n. 1. Farin. part. 5. crim. quest. 135. n. 1. Angel. Aretin. de malefic. in verb. Sempronium n. 22 & 23. Plach. in epit. delictor. lib. 1. cap. 15. n. 2. Marsil singul. 81. in pr.

10. Tum, quia nihil interest utrum occidat quis ipse, an vero causam mortis dolo malo praebeat, l. nihil interest. 15. §. ff. ad Leg. Cornel. de sicc. l. non solum 11. §. si mandatum ff. de injur. l. non ideo C. de accusation. Iul. Clar. in prall. §. homicidium. n. 12. VVesemb. in parat ff. ad L. Cornel. de sicc. n. 1. Harpr. in §. item lex Cornelia. n. 29. Inst. de publ. jud.

11. Tum, quod parum referat, ab propriis manus quis deiiciat vel per alium; Nam quod quis per alium facit, per seipsum facere cœletur. c. qui facit. 72. de reg. jur. in 6. l. is. damnum. 169. ubi De- caus. ff. de reg. jur. Salycer. in l. non ideo minus. C. de accusat. q. 6. Tib. Decian. intr. crim. lib. 9. cap. 39. num. 1.

12. Tum, quod mandans plus delinquat, quam mandatarius. Primo enim delinqit in seipsum. Secundo in mandatarium, quem corrumpit, ut occidat Tertio in occisum. Mandatarius autem non delinquit, nisi in se & in interficium. Proff. Farin. part. 5. crim. quest. 35. n. 6. ubi alleg. gloss. in l. athletas. §. Pomponius. in verb. in servitute. ff. de his qui not. infam. Gandin. in rubr. de transact. in ult. quest. n. 26. Cepoll. cons. 4. n. 48. Egid. Bos- sius in tit. de mandat. ad homicid. n. 1. Mascal. de probat. lib. 2. conil. 10. 12. n. 1. Tib. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 32. n. 4. ubi latissime tractat quomo- modo mandatarius sit causa delicti secunda, sed proximior effectui.

13. Et licet quis obiciat, quod rei turpis nullum sit mandatum, nullus contractus, nullaque actio vel obligatio, l. si remunerandi. §. si passus. ff. manda- ti. l. à reo. §. ff. de fidejuss. attamen hoc solum in- telligi debet quoad actionem pariendam inter mandantem & mandatarium, non etiam quoad actionem vel accusationem pariendam ei, in cuius praedictum mandatum tendit, Bartol. in l. non solum. §. si mandato. ff. de injur. Sal- yet. & Dd. comis. in l. non ideo minus. C.

de accusat. Quo respectu mandans tenetur ex i- pso delicto propter mandatum, non tamen prin- cipaliter ex mandato, Anton. Gomez. de delict. c. 3. n. 9. Boff. in tit. de foro comp. n. 109. Iul. Clar. in prall. §. fin. quest. 89. n. 4. Proff. Farin. dict. quest. 135. n. 8. Decian in tract. crim. dict. lib. 9. c. 22. n. 4. Angel. Aretin. dict. verb. Et Sempronium mandato- rem. n. 18.

Ex quo sequitur, mandantem pœnâ homici- 14. dii ordinariâ tunc demum afficiendum e. c. si delictum fuerit secutum: Quia enim (ut modo dictum) ex delicto obligatur, eo nondum perfe- ctè existente neque obligatus neque ut homi- cida puniendus erit, Decian. in dict. lib. 9. cap. 36. n. 2. Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 14. Boff. sub tit. de mandat. n. 16. Salycer. in l. non ideo minus. in 3. quest. C. de accusat.

Secundum prædicta, mandantem aquæ ac manda- 15. tarium, homicidio subfectu pœna gladij plecten- dum esse. pronunciarunt Scabin. Lipens. Hat der Gefangene M. R. als er aufs unser jüngst gespro- chenes Urtheil mit scharfer Frage angriessen wordet/ bei ande das, er seinen Bruder D. R. zuerschissen vnd vmbzubringen befohlen/ welches auch daraus erfol- get vnd geschehen. Da er nun aufs seinen gethanen Bekanntnus vor Gericht freywillig verharren/ oder dessonsien wiederecht übermiesen würde/ so möchte er drovewegen/ daß solche Mordthat aufs seinen Beschöf- lich geschehen/ mit dem Schwerte vom Leben zum Tode gestraffen werden. B. & W. Senatus VVindob. 7. M. Iun. Anno 1599.

Pariter quoq. responderunt in casu prorsus simili 16. versus An. ed. raf. / an Hauptmann Georg zu- dern. Mens Nov. mbr. Anno 1589.

Quod ipsum tamen multis modis limitatur, 17. ut videre est apud Menoch. de arbitr. judic. que- stion. lib. 2. cent. 4. cas. 52. Farin part. 5. crim. q. 135. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 36.

In primis vero hoc fallit, quando mandatari. 18. us excessit fines mandati præter mandantis vo- luntatem, tunc enim ratione excessus mandans non tenetur. Menoch. dict. cas. 352. n. 3. Decian. dict. cas. 6. n. 5. Quod quidem indubitate pro- cedit, & nullum feret habet contradicentem (ut putat Decian. d. c. 26. n. 6.) quando mandatum fait quid fieri, ex quo verisimiliter & regulariter non solet sequi mors; Ut si quis mandaverit ali- quem baculo parvo vel alapâ percutere, & ta- men mandatarius ense occiderit; Ceterè hoc casu mandans de excessu mandati non tenetur; In potestate namque mandatarii sicut non excedere fines mandati, quod tamen præter voluntatem mandantis fecit. Iul. Clar. recept. sent. lib. 5. §. fin. quest. 89. n. 5. Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 15. n. 1. Egid. Bossius sub tit. de mandato. n. 10. Menoch. dict. cas. 352. n. 3. ubi plures allegat; Ex quo funda- mento Decianus defendit delinquentem, qui aliquem iussit meretricis faciem cultello par- 19. vulo adaptandum pennas parato, cæsim signa- mandatū re, qui tamen cultellum illum punctum in ingu- de vulnera- lum impingendo mulierem occiderat, prout rando non ipsem refert. dict. lib. 9. cap. 36. n. 6.

At quid. si mandatum sicut de vulnerando cum exsistente, seu de exonerando archibusum in aliquem, non mandante etiam de occidendo, mandatarius vero occidat? Si manda- Ne hoc quidem casu mandantem ordinariâ cariū pœna homicidii afficiendum esse exilimant datt. excep- Covarr. dat.

- Covarr. in Clement. si furiosus de homicid. part. 2. §. 1. n. 3. Johan. Harpr. ad § item lex Cornelia n. 32. Inst. de publ. jud. Romuleus de homicid. part. 2. n. 293. & seqq. Faib. lib. 1. controv. jur. cap. 36. Dec. cons. 234 & cons. 482. Hippol. de Marsil. cons. 7. n. 54. & cons. 67. & sing. 176.**
- 20 Moti potissimum hoc fundamento, quod mandans in casu presenti non habuit animum occidendi; Et quod ipsi non imputandus dolus mandatarii qui fines mandati excessit.**
- 21 Sed contrarium rectius assertunt Iul. Clar. recept. sentent. lib. 5. § fin. quest. 89. n. 5. Menoch. de arbitr. jud. quodlib. 2. cent. 4. cas. 352. n. 2. Decian. in tract. crimi. lib. 9. cap. 36. n. 11. Barthol. Veronensis cons. 34. Volzius ad Leg. Cornel. de siccari. cap. 6 n. 28. Anton. Gomez. tom. 3. variar. resol. cap. 3. num. 18. Quam opinionem communem esse dicit Bossius sub tit. de mandato n. 10. secundum quam etiam consuluit Cœpolla cons. criminal. 34.**
- 22 Supra enim quod fuit probatum, ad hoc, ut pœna gladii in crimen homicidii obtineat, necessario animum occidendi non requiri, sed sufficere, homicidam versari in dolo, & causam mortis dolosè præbere juxta l. 15 ff. ad L. Cornel. de siccari. quod equidem facit is, qui mandatarij vel gladio vel ensé vulnerati, praesertim cum vulnera infligi nequeant ad mensuram, & locus sepe lethale vulnus faciat, ac declinatione aut inflectione corporis facile contingat, ut iactus accidat gravior.**
- 23 Præterea, si haec ratio, videlicet mandantem non habuisse animum occidendi alicujus esset ponderis sequeretur exinde, ne quidem mandatarij hoc casu de occiso teneri, quia in delictis mandantis & mandatarii eadem est ratio, & unum ac idem utriusque delictum. Bar. ol. in l. sed si unius. § servus menu. n. 5 de injur. Decian. in tract. criminal. lib. 9. cap. 32. n. 5. Atqui mandatarij, licet is vulnerandi tantum animo verberans aliquem occidat, ordinaria homicidii pœna plectendum esse, vir negabitur, quia sufficit adesse animum malitiosum ad id, ex quo proxime mors sequitur, supr. quest. 1. n. 1. n. 28. & 29.**
- 24 Neque huic adversatur, quod vulgo traditum, mandatarij hoc casu fines mandati exceedere non debuisse, & quia excessit, mandanti hoc nullatenus imputandum esse. Quia haec consequentia solùm valet in mandato in contractibus, in quibus mandans non obligatur ex eo, quod mandatarius gessit, sed ex contractu mandati: In delictis vero mandans non ex contraetu, ut qui de re turpi & in honestate invalidus est, sed ex subsecuto delicto obligatur, Ant. Gomez. de delict. cap. 3. n. 39. Bossius de foro compet. n. 109. Decian in tract. crimi. dict. lib. 9. c. 32. n. 4. Alexand. cons. 65. n. 5. lib. 4. Angel. Aretin. de malef. in verb. & Sempronium mandatorem. n. 18.**
- 25 Deinde non fuit in potestate mandatarii, hoc casu fines mandati custodiare; iuslus namque cum gladio vel ensé vulnerare, iactus in potestate suā non habet, ut vulnera secundum mensuram infligere queat, adeoque ea quae ex mandato secuta sunt, mandati sunt imputanda.**
- 26 Hanc opinionem Iul. Clar. setuti sunt Scabini in pronunciando versus Croissen. An Bürgermeister vnde Nahtmanne. Mens: Novembr. Anno 1595.**
- 27 Præterea, pœna homicidii ordinaria in man-**
- dante locum non habet, quando mandatarius erat absque mandato, suā voluntate & causā de- **Q. III.** lictum perpetratus, Menoch. de arbitr. jud. Quid ju- quodlib. 4. cas. 352. n. 13. Tiber. Decian in tract. crimi. lib. 9. cap. 36. n. 14. Egid. Bossius sub tit. de mandato n. 46. Hippol. de Marsil. in l. 1. § Drusus alias Antoninus n. 7 ff de questione Cœpoll. cons. 41. Socin quoq. Iun. cons. 38. n. 18. lib. 2. Alciat. respons. 468. n. 4. mandato Vbi scribunt, hoc casu pœnam extraordinariam non in- ex arbitrio judicis imponendam esse. terveni-
- Deciso quest.** Et quainvis opinionem hanc, quā distingui- ente occi- tur, an mandatarius alias erat facturus delictum, surus e- an non, reprobat Iason. in l. n. 22. C. deser fugit. rat. quem lequitur Iul. Clar. lib. 5. sentent. § in fin. quest. 89. n. 1. ubi pro suā intentione allegat Bartol. in l. non solum. § si mandato. n. 19. ff. de injur. Curt. Iun. cons. 237. n. 5. & alios multos, contraque distinctionem prædictam Senatum Mediolanensem pronunciasse, testatur: Ea tamen magis 28 æqua est, postea quā factō mandantis reipsā le- cutum non est delictum. Ac licet mandatum fu- erit iniquū attamen illa iniquitas satis punitur Iudicis arbitrio, Menoch. dict. cas. 352. n. 13. Quin & Dd. à Iul. Claro allegatos in aliis terminis loqui latè probat Tib. Decian. dict. lib. 9. c. 36. num. 14.
- Sciendum tamen, mandantem delictum, si 29 mandatarius absque mandato etiam hoc perpe- tratus erat, tunc demum à pœna ordinariā „ homicidii excusari, quando certò credidit, man- „ datarium etiam sine mandato omnimodo occi- „ surum esse: si vero mandans ignoravit, aut credi- „ dit, quod mandatarius hoc facturus non esset, „ tunc indifferenter mandans tenebitur pœna or- „ dinariā, quia quoad ipsum satis est, quod putavit „ vero mandare ei, qui alias non esset facturus; „ Non enim potest istud mandatum transire in „ consilium, ut quod datur gratia eius, qui consili- „ um petit, quod non fit, quando mandans signo- „ rat, mandatarij occidere velle. Tib. Decian. „ dict. c. 36. n. 14.
- Vnde vero hoc probandum sit, quod manda- 30 tarius alias facturus esset, etiam si non mandatu- fuisse, tradit Decian. dict. cap. 36. n. 15. 16. 17. 18. ponendo aliquot conclusiones: Hyp. de Marsil. sing. 218. Carrer. in tract. crimi § 5. Plach. in epit. de- litt. lib. 1. c. 15. n. 14. Bossius sub tit. de mandat. n. 46.
- Potissimum hoc colligendum est ex indicis & coniecturis; Velut si inimicitia capitalis inter- ceslerit inter occisum & mandatarij; Vel si minæ præcessissent de occidendo, vel præpara- tiones ad occidendum, &c. Felin. in c. sicut di- gnum. n. 9. vers. tertia conclusio in f de homicid. Car- rer. dict. §. n. 75. Plach. in epit. delict. lib. 1. c. 27. n. 12. Et secundum hanc opinionem Scabini dictaverunt 32 pœnam fustigationis feminam cuidam M. S. que fratri suo vitricum proprijsponit occisuro, & jam jam percutienti, ipsum plane interficere manda- verat, hisce formalibus:
- Hat die gefangene M. S. in guten belandt vnd gestanden/ daß sie ihren Bruder Martin/ als denselbe den Stieffo- varter allbereit mit der Krautstoffen übel geschlagen / daß er kaum sitzen können/ gehissen/ den Stieffoatter vollend tot zu schlagen / denn sie vor ihm tünftig nicht sicher sein würden / nach mehreren Inhalten ihres gehanen Beläntniss. So wird sie gestalten Sachen nach mit Staupenschlägen des Landes ewig billig verwiesen/Versus Grühna/ an Philip. Spiegeln. M. Feb. Anno 1616.

QVÆ,

QUÆSTIO V.

*Quomodo debeat puniri, qui volens occidere Titum, ex errore occidit
Sejum? Et de intellectu Constit. Elect. 6.*

part. 4.

SVMMARIA.

1. Error in persona Reum homicidi⁹ non excusat a pœnā.
2. Discrepant Interpp. de pœnā hoc casu Reo irroganda, varia adducentes fundamenta. n. 3. 4. 5. 6.
7. In foro Saxonico gladi⁹ pœna obtinet in homicidio ex errore personæ occisiæ commisso.
8. Explicat. Conſt. Elect. 6. part. 4. n. 9. 10.
11. Non semper requiri ur animus occidendi ad hoc, ut pœna homicidij locum habeat.
12. Homicidium errore personæ commissum quodnam dicitur.
13. Ex rubro nigrum est explicandum.
14. Quando actum per errorem gestum noceat gerinti.
15. Sententia Scabinorum Lipsens. n. 16.
17. Homicidium ex casu in aliâ personâ commissum quomodo puniendum sit. num. 18. 19. 20. 21. 22. 28. 29.
23. Sententia Scabinorum Lipsens. n. 24. 25. 26. 27.
30. Quodnam homicidium casuale extraordinariā pœnā debeat coereri.
31. Differt casus fortuitus à casu improviso.
32. Pœna occisoris, qui in rixâ mediatorem intervenientem necat. n. 35.
33. Sententia Scabin. Lipsens. n. 34. 36.
37. Cedes ex facto illico exorta, quomodo coereri debeat n. 38.
39. Sententia Scabinorum Lipsensium.
40. Casus impunitus non est, si dolus eum procedat.

1. Orrò pœnā homicidii ordinariā quoq; plecten⁹ est, qui ex errore aliquem occidit, cum vellet occidere alium; Veluti si ferire volens eum cum quo rixatur, alium occidat. Eaq; Quarta est Ampliatio Regulæ *supra q. 2.* traditæ.

2. Qua de re tamen interpres omni ex parte nō convenient. Evidem haud pauci arbitrantur, eum, qui Titum occidere volens, Cajum occidit non pœnā homicidii ordinariā, sed aliâ mitigatori puniendum esse. *Wesemb.* in § item lex Cornel. de fiscar. 5. *Inst. de publ. jud.* n. 2. vers. & si data sit opera. *Carver.* in prax. crim. de homicid. §. 2. n. 57. *Jacob.* *Dambouder.* in prax. crim. cap. 85. n. 7. vers. ad huc modum si quisquam, *Francisc.* *Ripain.* l. fin. 9. 21. n. f. C. *derevocand.* donat. *Bartol.* *Capol.* *conf.* 33. n. 5. lib. 3. *Philipp.* *Mattb.* in l. *semper in dubius.* 56. ff. *dereg. jur.* n. 23. & seqq. *Menoch.* lib. 2. *arbitr.* *jud.* *quæst cent.* 4. *casu* 324 n. 10. *Iason.* in l. 1. ff. de *LL.* ubi dicit hanc opinionem in judicando esse tenendam, n. 8. in pr. & vers. *Terius* est, quod cum iste sit, & in l. *si patet tuus.* 4. ff. *de hered.* *inst.* n. 9. *Andr.* *Tiraquell* de pœn. temperand. caus. 14. n. 2. *Prosser.* *Farinac.* part. 5. crim. *quæst.* 125. n. 152. & 53. *Mascard.* *de probation.* lib. 2. *concl.* 864. n. 6. & seqq. *Anton.* *Tessaur.* *decif.* 243. in f. ubi Senatum Pedemontanum 17. Decembr. Anno 1585 ita judicialle, testatur.

3. Quipro confirmandâ suâ opinione communiter adducunt *L. illud.* 3. 5. in fin. ff. *de injur.* ubi qui voluit pereutere servum proprium, & ex errore Titum hominem liberum, quem putabat servum suum esse, percussit, iuriarum non tenetur. *L. fiscum servo.* 4. ff. *eod. tit.* Vbi injuriarum quoque non tenetur: is, qui servum percussit volens, alium invitus percussit. *L. Profficiendum.* 11. 5. *delinquuntur.* 2. vers. *casu veröff.* *de pan.* ubi casu perpetrasse homicidium dicitur, quin venatione telam in feram missurus, hominem interficit; Homicidium autem casuale pœna mortis non est coercendum.

Ex adverso, ordinariam mortis pœnam hoc 4 casu Reo esse infligendam, alii numero etiam non pauci scribunt. *Bartol.* in l. 11. §. *delinquunt.* ff. de pœn. n. 7. ibi. *ultimò pone quod volebam percutere usque ad fin.* *Salyet* in l. *quoniam multa. C.* ad L. *in l. de vi publ.* n. 6. *Anton Gomez* tom. 3. *var.* *resol.* cap. 3. num. 34. 35. *Petr. Plach.* in *Epit.* *delict.* cap. 27. *Jul. Clav.* in §. *homicidium.* num. 6. *Iohan. Harpr.* in §. item lex *Cornelia de fiscariis.* *Inst.* de *publ. jud.* n. 118. & seqq. *Andr. Fachin.* lib. 1. *contr.* cap. 37. *Carol.* *Molin.* in *Conſuetud.* *Parishens.* tit. 1. §. 3. *quæst.* 41. n. 253. *Nicol. Boer.* *decif.* 83. num. 1. & seqq. *Ferdin. Vasquis* libr. 3. *contr. illustr.* cap. 96. n. 32.

Hi pro stabilendâ suâ sententiâ præcipue allegant l. *eu m quincentem.* 18. §. si *injuria* ff. de *injur.* ibi. Si *injuria* mibifiat ab eo, cum sim ignotus, aut si quis putet me Lucium Titum esse, cum sim Gajus Seius, prævalet quod principale est, *injuriam* cum mibi facere velle; Nam certus ego sum, licet ille putet, me alium esse quam sum, Et ideo *injuriarum actionem* habeo. Item, l. *scientiam* 46. §. qui cum aliter 4. ff. ad L. *Aquil.* l. si quis *servo* 20 sub fin. *Cod. de furt.* l. 15. qui cum *telo.* 7. C. ad L. *Cornel. de fiscar.* *quas latè explicat Harppr.* in d. § item lex *Cornel.* n. 218. seqq. *Inst. de publ. jud.* ubi etiam dicitur rationes & textus in contrarium adductos, quod & facit *Fachin.* *dist. cap. 37.* & *Jacob.* *Thommingius* *decif.* 38.

Et secundum hanc posteriorem seu veriorem 6 sententiam iudicandum esse, non modò suadent textus pro confirmatione eius à Doctoribus adducti, sed & in foro Saxonico hoc minus dubii habet ob manifestam *Constitut.* *Elector.* 6. part. 4. in qua constitutum, Ut si quis occidere volens Titum, occidat alium, pœnā gladii ordinaria puniatur, simulque additur decisionis ratio in verbis: *Die well aber darinnen wider Gottes Gebot auch ohne zweifel gehandelt / vnd nicht verneiner werden mag/daz es ein Todtschlag sey/ &c.*

Quæ